Jacobus <de Voragine> : Legenda sanctorum seu Lombardica historia Jacobus de Voragine
1488 Seite 3



in tenebris ⁊ vmbra mortis. Sed ⁊ ſi eſ=
ſemus docti. redēpti ⁊ ab inimicis peni
tus liberati ⁊ illuminati. q̇d valeret niſi
deberemus ſaluari. ⁊ ideo in duabus ſe
quentibus ſaluari petimus cū dicimus
O rex gentium veni ſalua hominē quē
de limo formaſti. Itē o emanuel ⁊c. ve=
ni ad ſaluādū nos dn̄e deus noſter. In
prima autē petimus ſalutem gentiū. vn̄
dicit̄. O rex gentiū. In ſcd̄a ſalutem iu=
deoꝝ quib⁹ de⁹ dederat legez. vn̄ di. O
emanuel rex ⁊ legifer noſter. ¶ Utilitas
autē aduentus xp̄i a diuerſis ſanctis di
uerſimode aſſignat̄. Ipſe nāq̧ deus ſi=
cut patet Luce. iiij. ꝓpter ſeptem vtilita
tes ſe veniſſe ⁊ miſſum eſſe teſtat̄: dicēs.
Spiritus dn̄i ſuper me ⁊c. vbi per ordi
nē dicit ſe miſſum eſſe ad pauperū cōſo
lationē. ad contritorū ſanationē. ad ca=
ptiuoꝝ liberationē. ad indoctoꝝ illumi
nationē. ad peccatoꝝ remiſſionē. ad to=
tius humani generis redemptionem. ⁊
ad meritoꝝ retributionem. ¶ Aug⁹. au
tē ponit tres vtilitates aduentus xp̄i di=
cens. In ſeculo iſto maligno quid abū
dat niſi naſci. laborari ⁊ mori. Hec ſūt
mercimonia regionis noſtre. ⁊ ad tales
merces mercator ille deſcēdit. Et q2 oīs
mercator dat ⁊ accipit. dat qđ habet. et
accipit quod nō habet: xp̄us in iſta mer
catura dedit ⁊ accepit. Accepit quod h̄
abundat. ſ. naſci. laborare ⁊ mori: dedit
renaſci. reſurgere ⁊ in eternum regnare.
Itē venit ad nos celeſtis negociator ac=
cipere cōtumeliam. ⁊ dare honorez. ſub=
ire mortē. ⁊ dare vitā. haurire ignomi=
niam. ⁊ dare gloriaz. ¶ Greg⁹. autē po=
nit q̄ttuor vtilitates ſiue cauſas ſui ad=
uentus dicēs. ſtudebant omnes ſuperbi
de Adam ſtirpe geniti proſpera vite pre
ſentis appetere. aduerſa deuitare. obpro
bria fugere. gloriaz appetere. Uenit int̄
eos incarnatus dn̄s aduerſa appetens.
proſpera ſpernēs. obprobria amplectēs.
gloriā fugiens. Idem xp̄s expectat⁹ ve=
nit veniēs noua docuit docēs. noua mi=
rabilia exercuit. mira faciens. praua tole
rauit. Bern̄. quoq̧ alias ponit di. Tri=
plici morbo miſerabilit̄ laboramus. nā
⁊ faciles ſumus ad ſeducēdū. debiles ad
operandū. ⁊ fragiles a reſiſtenduz. Si
diſcernere volumus inter bonū ⁊ malū
decipimur: Si tēptamus facere bonum
deficimus. Si conamur reſiſtere malo
ſuperamur. Neceſſarius proinde ſalua
toris aduentus eſt vt in nobis per fidez
habitans illuminet cecitatē noſtrā ⁊ no
biſcū manens adiuuet infirmitatē no=
ſtram. ⁊ pro nobis ſtans: fragilitatē no=
ſtram protegat ⁊ propugnet. hec Bern̄.
¶ Circa ſcd̄m aduentū. ſ. ad iudicium
duo videnda ſunt. ſ. antecedētia iudiciū
⁊ cōcomitantia. Antecedentia ſunt tria
Signa terribilia. Antixp̄i fallacia. Et
ignis vehemētia. Signa autē terribilia
precedētia iudiciū ponunt̄ quinq̧. Lu=
ce. xxj. Erūt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis
⁊ in terris preſſura gentiū pre confuſio=
ne ſonitus maris ⁊ fluctuū. Tria p̄ma
ſigna determinant̄ Apoc. vj. Sol fa=
ctus eſt niger tāq̄ ſaccus cilicin⁹. ⁊ luna
facta ē ſicut ſanguis: ſtelle celi ceciderūt
ſuper terraz. Sol igit̄ dicitur obſcurari
vel q̄tū ad ſui luminis priuationem vt
patrefamil'. i. hoīe moriēte quē quaſi lu=
gere videat̄. vel q̄tū ad maioris lucis. i.
claritatis xp̄i ſuperuentionē. vel q̄tum
ad methaphoricā locutionē. q2 ƀm Au=
guſti. taz ſeuera erit vindicta diuina. q
etiā ſol ipſam reſpicere non audebit. vel
q̄tum ad miſticam ſignificationem: q2
ſol iuſticie xp̄s tunc obſcur⁹ erit. q2 nul=
lus ipſum confiteri audebit. Celū autē
dicit̄ hic aereum ⁊ ſtelle vocant̄ a ſub.
que habent ſilitudinē ſtellarū. ⁊ dicunt̄
ſtelle cadē de celo ƀm vulgi opinionem
qn̄ a ſub deſcēdit. vn̄ ⁊ ſcriptura confor=
mat ſe cōi modo loquendi. Tūc autez
maxime fiet talis impreſſio. q2 ignea q̄li
tas abundat. ⁊ hoc faciet dn̄s ad terrorē
peccatoꝝ. Uel ſtelle dicuntur cadere. q2
igneas comes emittēt vel multi qui vi=
debant̄ ſtelle. de eccleſia cadēt. vel q2 re=
trahent lumen ſuū vt minime videantur



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-286/0003
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG